Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



89

peccatū seruus est peccati. Liberi a iustitia. idē alieni
a iustitia. Vnde Paulus. Cum serui essetis peccati. li
beri fuistis iustitiē. Isti omēs imminente futuro
iudicio. current ad auxiliū demonū. cū desperati
ad sanctorū quemlibet. ñ psumunt accedere dicen
tes. Cadite sup nos. & abscondite nos ab ira sedentis
in throno. id est. modo liberate nos. quia in uobis
hactenus confisi sumus. Capitulum V.

Et post hēc uidi quatuor angelos stantes sup
quatuor angulos terrē. Quatuor angeli
stantes sup quatuor partes terrē. principes sunt
prepositi sup quatuor regna principalia. assyri
orum uidelicet & chaldeorū. medorū & psarum.
macedonū & romanorū. Sup has quatuor par
tes terrē stabant quatuor angeli. nequā. quia
eos ad sui seruitii dominiū inclinauerunt. Tenen
tes quatuor uentos terrē. ne flarent sup terram
neq; sup mare. neq; in ullam arborem. Quod sunt
quatuor angeli. hoc sunt & quatuor uenti. idē
quatuor demones. principalitatem sup quatu
or regna tenentes. Vnde in danielis uolumine
legimus. quod quatuor uenti pugnabant in
mari magno. & quatuor bestiē consurgebant de
terra. quē sunt prefata quatuor seculi regna.
Tenebant ergo angeli quatuor uentos. id est
seipsos in suis membris. Quia enim diabolus &
omēs iniqui unum corpus sunt. ꝓfecto & in ange
lis & in uentis ipse intelligitur. Ipsi angeli tene
bant quatuor uentos terrē. ne flarent super